



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Praxis Quinque sensus mysteriis Christi Domini aliisque applicandi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

na sapientia doctus fuerit. Cui si-
laus & gloria per æterna sæcula

*Praxis quinque sensus mysteriis
Christi Domini aliisque
applicandi.*

P R O O E M I U M.

Quia nō omnes pussunt, aut
norum considerationi my-
steriorum Salvatoris nostri, &
Sanctorum intendere, per mo-
dum meditationis; & tamen
præter utilitates maximas, quæ
inde percipiuntur, in primis de-
lectabile est, & valde conveni-
ens, quam fieri potest frequen-
tissimè ante oculos animæ con-

stituta habere admiranda illarum personarum gesta, quas veluti duces & magistros vitæ spiritualis agnoscere debemus; & quia etiam illi ipsi, qui meditantur, interdum propter defatigationem aliquam id ipsum absque difficultate, licet magno suo dolore, facere non possunt; bene me facturum judicavi, si post explicatam praxin meditandi, subjungerem praxin fructuosè quinque sensus, per vim imaginativam, eisdem mysteriis applicandi, dum propter temporum & locorum, in quibus contrigerant, distantiam, propriè & immediate applicare prohibemur, quod eò libentius adducor, ut faciam,

quo

quod id exercitium omni hominum generi convenit, qui non habent debilem vel impeditam imaginationem; & laborem magnum non requirit, unde tam primi, quam secundi eodem facile uti possunt. His adiunge, quod cum sanctis valde commune fuerit, hac se ratione in mysteriis Christi Salvatoris nostri exercere, ut apparet ex ipsorum meditationibus, in quibus modo aspiciunt Christum Dominum, Beatissimam Virginem Angelos, aliosque; modò audiunt; modò ad pedes illorum se prosternunt, amplectuntur, & osculantur, modò odore percipiunt foetorem stabuli, Pedum Iudæ, mon-

tis Calvariae : modò fel gustant,
modò acerum passionis, modò
vinum ex aqua factum in Cana,
& alia hujusmodi in se faciunt,
Affectuosa, & ad devotionem in-
legendibus excitandam apta; non
potest non esse utile, si ad brevem
quandam praxim reducamus,
quidquid requiritur, ut aliquam
perfectionem in sancto hoc ex-
ercitio attingamus, præterquam,
quod qui se hoc modo circa ob-
iecta imaginaria exercent, simul
addiscunt modum moraliter ap-
plicandi ad aliquid spirituale,
quicquid ex rebus materialibus
realiter vident, audiunt, gustant,
odorant, tangunt, quod est stu-
dium à sanctis, & omnibus vita-

spiritualis studiosis valde usitatum, & laudatum. Eandem ergo methodum adhibebo, quam in praxi meditandi adhibui, totamque materiam in tria capita illis similia dividam, & eadem facilitate & claritate procedam.

Quid ante Applicationem faciendum.

CAPUT PRIMUM.

Præparationes.

PRæter posita in prima praxi, quæ suo modo etiam propria sunt huic secundæ, pro iis qui norunt, & possunt sese exercere

in mysteriis Salvatoris per modum meditationis, proderit prius adhibita aliqua diligentia utrum fuisse tribus animæ potentiis, Intellectu scilicet, memoria & voluntate circa id mysterium, cui sensus sunt applicandi, ita ut plenè perspectæ sint personæ eodem comprehensæ, omnia verba quæ dicunt, aut convenienter mysterio dicere possent; & opera omnia quæ faciunt, aut secundum exigentiam facere deberent, pro iis verò qui non sciunt aut possunt meditari, convenit ut legant, vel attentè legi audiant semel aut sæpius historiam mysterii, observando diligenter numerum & qualitates personarum,

verbo.

verborum, & operum, quæ in illo continentur, ut bene memoria comprehendantur, sicut jam dictum est.

Secundò, qui bene hanc sensuum applicationem instituere volet, minimum uno quadrante ante se recolligat, ita ut sensus ejus minimè sint distracti, vel occupati quantum fieri potest, circa alia objecta, quo promptior atque expeditior esse possit ad occupandum eos circa mysterium ante propositum.

Tertiò, hoc eodem tempore conabitur in animo suo excitare affectus quosdam mysterio proportionatos, sive desiderii, sive amoris, sive gaudii, sive mæroris,

R

sive

five alios: considerans etiã quo
 sit iturus : quid facturus: cum
 quo collocuturus, &c.

*Quid ipso tempore Applicationis
 faciendum.*

CAPUT SECUNDUM.

*Præsentia Dei, oratio preparatoria,
 & præludia.*

OMnia faciet quæ in praxi
 meditandi, antequã puncta
 ipsa considerentur, facienda dixi-
 mus; tam circã humilem & reve-
 rentialẽ accessum ad Deum, quã
 circa orationem præparatoriam,
 & tria solita præludia adverten-

do,

do, quod si applicandi essent sensus, duobus vel pluribus mysteriis, conveniat, ne multiplicentur præludia, conjungere simul duas vel plures historias diversorum mysteriorum, ut fiat unicum primum præludium : & duæ vel plures constructiones loci, ut fiat unicum secundum, & denique duæ vel plures petitiones, ut fiat unicum tertium, quo sic animus disponatur, pro omnibus mysteriis propositis, quemadmodum decet.

Exercitatio Sensuum.

Incipiet ab applicatione visus, exercendo illum in aspi-

endis successivè omnibus illis personis, actionibus, rebus, &c. circa quas convenienter naturæ suæ potest operari: deinde applicabit auditum, ad verba & alia sibi propria postea Odoratum, & Gustum, & Tactum, singulos circa sua objecta, percurrendo quantum fieri potest, universa.

Modus exercendi Sensus.

Modus hoc exercitiū perficiendi erit, ut quis sibi proponat, ac si revera illud videret, vel audiret vel odoraret, vel gustaret, vel tangeret, & postea brevem discursum desuper faciat,

elicendo inde fructum aliquem pro seipso ad movendam voluntatem. E. G. applicaturus sensus mysterio incarnationis¹, proponat se videre Patrem Æternum, qui de excelso cœlorum magna attentione, & vultu compassionis pleno respiciat homines, qui in infernum præcipitantur; postquam per imaginationem viderit per intellectum intra se dicet: *Nemo fixis oculis intueri solet rem aliquam, nisi illa delectetur, vel urgeatur; nec compassionem monstrare solet, nisi cor habeat caritativum & flexile itaque Deus tam attentè & vultu tam misericorde homines respiciens, satis ostende se amare homines, illis delectari, ipsorum*

se miseris urgeri tacto hoc an-
cursu voluntas subjunget per
modum Admirationis. Quid ergo
ego facio, qui neque Deum respicio;
neque amo, neque illo delector? estne
possibile, ut dum ille ad Compassio-
nem movetur mea miseria, quam
peccatis commissis promerui ego ipse
hac eadem miseria mea non movear,
nec per poenitentiam atque amorem
eius, qui tantam mei miserrimi ho-
muncionis curam gerit, illa me libe-
rare contendam? deinde ulterius
dilatabit affectū per modū pro-
positi & Resolutionis. Non sic erit
deinceps, non sic, ex hoc momento om-
ne studium ad amandum serio tam
benignum Dominum, ad fugiendam
tanta causam miserie impendam

non ut Deus non amplius me respiciat, verum ut propter aliud motivum respiciat. hinc circa rem unam visam peractis, transibit ad videndam vel audiendam, vel odorandam, vel gustandam vel tangendam aliam, & similiter brevem discursum desuper faciet, & affectum ex iis aliquem qui in prima praxi positi sunt, movebit, ut in exemplo jam adducto videre licet, atque ita successivè procedendo percurreret omnia, quæ sunt sensuum objecta, reflectendo semper ad seipsum, sicut diximus, ut exercitium hoc non solum sit delectabilis occupatio, sed etiam operatio utilis.

Neque opus erit in huiusmodi exercitio magna sollicitudine, ad inveniendas rationes, sive ad motiva voluntati adducenda affectibus excitandis; quia prae-
rumque sola repræsentatio ob-
jectorum, quibus sensus applican-
tur, adjuvante brevi discursu
qui adiungitur, ad eam moven-
dam sufficiet: præsertim si præ-
cesserit de eadem materia medi-
tatio per modum discursus, fa-
cile enim memoria motivorum
in illa sibi ab intellectu propo-
sitorum flectetur. Si nihilomi-
nus voluntas dura permanere-
ret, possent eidem nonnulla &c.
motivis in praxi prima adjectis
proponi. quo tamen casu adver-
tendum

tendum esset, ut breviter in-
ret, ne exercitium hoc Applica-
tionis sensuum transeat in medi-
tationem per modum discursus.

Obiecta sensuum & primo oculorum. Ne autem desit materia illi, qui in huiusmodi sensuum applicatione sese exercere voluerit, sicuti in altera praxi dictum fuit, in qua re intellectus occupari posset circa personas, verba, & opera, ita dicendum nunc est, ad quid attendere sensus debeant, ut continuo cum fructu occupentur.

Oculus itaque attendere poterit, 1. ad Colorem, sitne albus an niger, an rubeus an lividus, &c. 2. ad lucem, sitne

R 5

magna

magna vel exigua, satis clara, vel potius aliquantum fusca; impedita nube aliqua, aut re alia, vel non impedita; num à sole procedat, vel luna, aut stellis, aut igne, aut gemma quapiam, &c. siue naturalis vel supernaturalis: continua vel interpolata.

3. ad figuram sit: ne rotunda, vel triangula, vel quadrata, &c. plana vel concava, vel convexa.

4. quantitatem, siue magna vel parva: longa vel brevis, crassa vel subtilis: lata vel angusta: æqualis vel inæqualis.

5. ad numerum, siue binarius aut ternarius aut quaternarius, &c. par vel impar major vel minor, &c.

6. ad motum, siue

sursum

furfum vel deorfum; antrorfum
vel retrorfum : dextrorfum
vel finiftrorfum ; directus vel
curvus, in circulum perfectum,
vel non: velox vel tardus; con-
tinuus vel interruptus ; unius
femper tenoris, aut varius: natu-
ralis aut violentus, aut fuperna-
ralis: 7. ad quietem, fitne tota-
lis, an partialis continua an in-
interrupta; naturalis an violen-
ta; longa an brevis; defide-
rata & quaefita, an cafu obten-
ta. 8. ad diftantiam, fitne ma-
gna vel parva: naturalis vel
artificialis: femper eadem,
vel diverfa. 9. ad fitum, fit-
ne erectæ ftationis, vel cuba-
tionis, vel feffionis, vel genu

flexionis, pronus vel supinus: naturalis, vel non voluntarius vel coactus: conveniens vel disconveniens: commodus vel incommodus. *io.* ad qualitatem rei sitae rudis vel levigata: transparentis vel opaca, liquida vel solida: elegans vel turpis: similis vel dissimilis, &c.

De Auribus.

Auris r. vocem percipit, sitae naturalis vel non, alta vel demissa: vera vel ficta: acuta vel obtusa; ordinaria vel extraordinaria, aspera vel suaviter: clara vel rauca; robusta vel debilis; viri aut feminae, aut

pueri.

pueri, aut bestiae: formata & articulata, vel non 2. suspiria & gemitus, sintne veri an ficti, naturales an coacti, an voluntarii: longi an breves; frequentes vel rari. 3. rillum, sitne voluntarius, an coactus; nimius vel debito minor, vel moderatus; decens vel indecens; profusus vel modestus; tempore suo vel extra tempus: cum aliorum contemptu, vel non, &c. 4. strepitum sitne magnus, vel exiguus; placeatne vel displiceat: sitne gratus, vel non: casualis, naturalis, vel voluntarius, &c. 5. sonum sitne instrumentorum musicorum, aut aliorum; aquarum aut rerum aliarum:

qui causet murmur gratum, vel non magnus aut parvus. 6. numerum, sitne iustus vel non, duorum vel trium, &c. 7. motum sitne hominis, aut bestiae; lentus, aut velox, gratus vel ingratus, ordinarius vel extraordinarius, &c. 8. quietem, sitne longa, vel brevis: pura, vel mixta, delectabilis vel non &c.

De Gustu.

Gustus exerceri potest, circa cibos, iudicando sitne bonus, vel malus; dulcis vel amarus; ingrati planè vel medii saporis; proportionatus palato & sto-

macho,

macho, vel non, conveniens natura, vel disconveniens; conformis complexioni, vel non, &c. 2. potum, sitne gratus palato, vel ingratus; dulcis vel amarus, vel acutus, vel acidus, levis vel crassus, & fumosus, &c. 3. numerum saporum, sintne duo, vel tres vel plures, qui in eadem re inveniuntur, &c. 4. ad Motum, num sapor ab una parte palati, ad alteram transeat, vel potius in una sistat, &c. 5. ad varietatem num in cibis omnibus & potibus idem sit sapor, vel non; num modò hic, modò alius, &c.

De Odoratu.

ODoratus circa odores versatur advertens num boni sint vel mali; suaves, an non: graves an acuti, an medii: sintne plures vel unus: distantes vel propinqui: naturales vel artificiales: crescant an decrescant, &c.

De Tactu.

Tactus corpora attingit, atrenditque in illis, i. ad qualitatem, sintne frigida, vel calida: sicca, vel humida, mollia vel dura: viscosa & facile adherentia, vel lubrica & facile

decidentia, rudia vel glabro li-
quida vel solida: similia vel dis-
similia, &c. 2. ad pondus sint-
ne gravia vel levia, &c. 3. ad
figuram, sintne ovalis vel py-
ramidalis, vel circularis, vel
quadrata: plana vel elevata,
vel depressa: directa vel cur-
va, &c. 4. ad quantitatem,
sintne grandia vel minuta;
crassa vel tenuia: ampla, vel
angusta, longa vel brevia; æ-
qualia vel inæqualia, &c. 5.
ad numerum sintne duo vel
tria, &c. paria vel imparia; 6.
ad motum sintne directus, vel
indirectus: lentus an velox:
sursum vel deorsum, &c. 7.
ad quietem sintne totius corpo-

corporis an alicujus tantum partem, continua vel interrupta, &c. 8. ad distantiam sine magna vel exigua, crescens vel decrescens; 9. ad situm, sine sessionis, vel cubationis, vel erectæ stationis, &c. naturalis vel artificialis commodus vel incommodus, &c.

*Obiecta Metaphorica & Spiritu-
alia.*

HÆc sunt quæ ordinariè observari solent à sensibus in suis objectis materialibus verum cum subinde accidat, ut in mysterio præparatio non sint hujusmodi objecta,

proportionata omnibus sensibus, præsertim pro odoratu, & Gustu; poterit, qui huic exercitio incumbere volet, metaphoricè sibi imaginari certa quadam proportione, se videre, audire, odorari, gustare, & tangere res spirituales ea ratione, qua videntur, audiuntur, odorantur, gustantur, tanguntur res corporales & sensibiles. E. G. applicando sensus Sermoni, quem Christus habuit ad Apostolos & turbas explicans octo beatitudines, imaginabitur se videre verba Salvatoris ex ore eius instar lucidi radij, unico quidem motu directo profluentia, sed tamen ad aures,

res, & corda auditorum multiplicato: audire sonum illum spiritualem, quem ubi pertigerit in eorundem cordibus, ciet; & si durum aliquod fortè invenerit, frangit: odorari eiusdem vocis suavitatem, qui vel ipsas animas auditorum Deo reddit suaveolentes; Gustare dulcedinem verborum illorum, quæ perfectè cibant, ac satiant esurientia circumstantium corda: denique efficacem illum calorem tangere, qui ex fervore divinorum verborum natus non solum calefacit pectora auditorum, sed etiam inflammat.

Observanda in supradicto Exercitio.

ATque hic modus observandus est in Applicatione sensuum, ut bene succedat. non est tamen necessarium, tam rigidè servare assignatum ordinem, ut primò semper visus omnibus visibilibus, & deinde alij successivè suis objectis sive corporalibus sive spiritualibus applicentur. subinde enim melius succedit, si initium fiat ab Auditu, vel Tactu, & aliquando expediet, dum occurrit objectum pluribus sensibus commune, si omnes consequenter illi applicentur, ut intellectus parvum discursum

suum

suum cum maiori fundamento
faciat, veritas magis imprimatur
& confirmetur, & voluntas ma-
gis extimuletur efficaciorque ad
concitandos affectus reddatur.
Plerumque tamen melius succe-
dere consuevit, si ordo seruetur
maxime incipientibus. Prodest
etiam ut quis imaginetur sibi, nō
solum audire, videre, odorari,
gustare, & tangere illa, quæ clarè
expressa habentur in mysterio,
verum etiã ut dictum est in praxi
bene meditandi, ea quæ probabi-
liter accidere potuerunt circa il-
las personas, verba & opera quo-
rum fit mentio in historia, atten-
dendo tamen semper ad deco-
rum rebus omnibus necessariũ.

Postrema Colloquia.

ABsoluto exercitio Applicationis sensuum instituet colloquium unum, vel plura pro affectu eo modo, quo institui solent ad finem meditationis advertat tamen plurimum adiuventi allaturum, ut bene & cum sensu aliquo fiant, si vivam aliquam imaginationem conservet ex ijs, in quibus applicando sensus plus consolationis expertus fuit: E. G. si bene sibi imaginatus fuisset, videre tam humilem & submissum illum Christi Domini situm, quando in horto patrem oravit: audire

vocem

vocem illam adeo liberam & in
manus eiusdem patris resigna-
tam, vel in vivacissimâ summo-
rum dolorum apprehensione,
dum dixit. *Non mea voluntas; sed
tua fiat:* gustare dulcedinem, odo-
rare suavitatem: tangere divini
istius sanguinis calorem, quem
sudavit, aut quid simile; iuvaret
inquam, si ad eundem Christum
Dominum cum vivâ unius re-
rum illarum apprehensione se
converteret, gratias illi agendo,
pro eo quod passus est, se quoque
ad aliquid pro ipso patiendum
offerendo, & vires ad hoc con-
stanter & in quâvis occasione
præstandum postulando.

Quid

*Quid post peractam sensuum Appli-
cationem faciendum.*

CAPUT TERTIUM.

I. **O**Mnia faciet, quæ Supe-
rius dicta sunt post pra-
xin meditando, quantum huic
exercitio conveniunt.

2. Examinabit in particulari
quomodo successerint imagina-
tiones, fuerintne faciles vel diffi-
ciles; distortæ & dubiæ, an rectæ
& claræ: violentæ, an noxiæ ca-
piti, aut suaves potius & delecta-
biles; notando, qua ratione se
aliàs gerere debeat, ne sibi ipsi
damnum inferat, unde cogatur

S

inter-

intermittere tam nobile exerci-
tium; & proponendo idem con-
tinuare, si bene successerit, ad ma-
jorem Dei gloriam; cui sit Laus
& benedictio ab omnibus per
æterna sæcula.

*Materia meditandi pro singulis die-
bus unius hebdomadæ.*

EXpositis bene meditandi &
sensus applicandi præceptis,
subjungam hoc loco materiam
pro septem meditationibus, sep-
tem hebdomadæ diebus corres-
pondentibus, ut ad exemplar il-
larum quisque sibi possit forma-
re, haud difficulter alias, quas as-
sumere volet, erant hæc de sep-

tem itineribus, quæ Dominus
noster pro nobis acerbissimæ pas-
sionis suæ tempore suscepit, ser-
vientque vel pro ordinariâ me-
ditatione, vel pro Sancta cuius-
vis diei occupatione, posito quod
quis de aliâ materiâ meditatio-
nem instituat, sive ut post divi-
num officium vel Beatissimæ
Virginis absolutum leviter per-
currat, unicuique horæ Canoni-
cæ unum iter applicando; sive ut
materia suppetat septies in die
aliquid boni considerandi sive
ut eis fructuosè se occupet visi-
tando septem Ecclesias, acci-
piendo singula itinera pro
singulis Ecclesijs.

Die Dominico.

Primum iter ex cœnaculo ad hortum.

1. **F** Actâ cœnâ: lotis Apostolorum pedibus, instituto venerabili Sacramento, & Discipulis distributo: detecto Discipulo, qui eum erat proditurus: denique dicto hymno & gratijs Deo actis, IESVS cum Apostolis discessit ex cœnaculo.

2. In viâ Apostolos ob prædicationem traditionis, scandali ipsorum, & acerbissimæ passionis suæ afflictos consolatus: ex illis octo in quâdam horti Gethsemani parte manere iussis, reliquis

tribus

tribus tristitiam suam & pavorem, qui cor angustiabat aperuit: demum hos tres etiam in quadam parte reliquit.

3. Ad iactum lapidis à tribus Apostolis avulsus, se in terram prostravit: ter patrem oravit: ab Angelo confortatus fuit: Sanguinem sudavit, aliquoties Discipulos dormientes invisit: ultro se Iudæ, & ministris ad comprehendendum eum missis obtulit.

*Formula ex punctis Meditationis
Personas, verba, & opera
seligendi.*

I N primo puncto sunt hæ personæ: IESVS. duodecim Apo-

stoli, Dominus cœnaculi: eius
ministri: Pater æternus: Angeli
Sancti: Diabolus.

Intercedunt hæc verba IESU,
Salutatio Domini Domus sive
cœnaculi: dimissio ministrorum:
benedictio ciborum: disceptatio
inter ipsum & S. Petrum propter
lotionem pedum: exhortatio ad
imitandam humiliationē suam;
exhibitio sacratissimi corporis
sui sub speciebus panis, & san-
guinis sub speciebus vini, eius-
demque oblatio facta Apostolis,
& ut hoc in memoriam sanctis-
simæ passionis suæ faciant, com-
mendatio: proditoris indicatio:
gratiarum actio & laudatio Dei
Patris: gratiæ Domino cœnaculi

reddita

reddita. Apostolorum, verò, quibus benedictione ciborum profecti sunt: Petrus protestatus est non permissurum se ut pedes ei Iesus lavaret: omnes se tanto eius amore, quem in lotionem pedum & sacra communione exhibuit, indignos professi sunt, neque unquam intermissuros sacratissimam passionis eius celebrare memoriam: murmur ut proditorem detegerent, & suam innocentiam probarent: simul gratias Deo egerunt, eumque laudarunt; Domini Domus quibus seipsum totamque Domum obtulit Christo Domino: eundem, ut quoties placuerit, utatur, rogavit. servis ut diligenter ei servirerent, imperavit: Christum ne abiret

vel saltem pro suo beneplacito, quoties vellet rediret, precatus fuit. Ministrorum, quibus rogauerunt, quid fieri mandaret, dolere se ostenderunt, quod non permitterentur servire ut desiderabant. Aeterni Patris quibus Angelos invitabat, ut spectarent quæ gerebantur in cœnaculo, obedientiam Filij deprædicabat: de malitiâ & duritiâ Iudæ dolebat Angelorum quibus eum admiratione de Domino suo loquebantur eò usque perducto, ut à proprio Discipulo prodendus esset, Aeternum Patrem rogabant, ut prodicionem illam impediret; promptos se se ad impedendam illam exhibuerunt. Dæ-

monis, quibus contra Christum
Dominum furiosè loquebatur;
Iudam ad prodendum omnino
illum incitabat; lætitiã suã
testabatur, quod Iudas nec ad-
monitiõibus, nec humiliatio-
nibus, nec beneficiis moveretur.
&c.

Opera hæc exercentur, Iesus
Cœnaculum ingreditur, ad
mensam accedit, agnum pascha-
lem comedit, stat accinctus re-
nes, sumit lactucas agrestes, ve-
stem superiorem deponit, præ-
cingit se linteo, pelicem cum
aquã arripit, Apostolorum om-
nium pedes lavat, redit ad men-
sam, Sanctissimum Eucharistiæ
Sacramentum instituit, Apосто

lis communicat, turbatur ob
proditionem, panem intinctum
Iudæ porrigit, surgit à mensa,
valedicit Patri familias Domus,
cœnaculo egreditur. Apostoli
pro cœnâ præparant, mandu-
cant cum Iesu, Sanctissimum
Sacramentum recipiunt, prop-
ter prædictionem proditoris
turbantur; Iudas profecquitur
inchoatum nefas. S. Ioannes
supra pectus IESU recumbit.
Dominus Domus cœnaculum
& alia necessaria assignat. Mi-
nistri Apostolos in præparando
iuvant, Æternus Pater interior
mover Dominum Domus, ut se
liberalem exhibeat. cœnantes re-
spicit, actiones Filij contempla-

tur. Angeli partim de cœlo descendunt, ut invisibiliter Christo Domino ministrent, conantur cor Iudæ movere ad pœnitentiam. Dæmon Iudam urget ad prosequendam proditorem, novis pectori eius admotis odij & concupiscentiæ facibus, alios advocat dæmones, qui motibus spiritus ad pœnitentiam incitantis resistant.

Formula seligendi materiam

pro Applicatione sensu-

suum.

Q Vando deinde institueret
volet applicationē sensuū,
circa res meditates, vel non

medi

meditatas, ex punctis propositis materiam seliget, eo modo, quo ego ex primo puncto meditationis suprapositæ eandem seligo, servietque pro reliquarum exemplo.

Oculis ergo intuebitur IESUM vultu sereno, & gestu humili, ac reverente Dominum Cœnaculi salutantem, submisse ministeriū servorum eius admittere recusantem, modestiâ, singulari gravitate mixtâ manus lavantem, summâ cum decentiâ mensæ accumbentem. festinanter Agnum paschalem comedentem, vultu turbato proditorem suam prædicentem, oculis mœstis Apostolos respicientem, lætâ fronte à

mensâ

mensâ surgentem, vestimenta superiora deponentem, linteo se præcingentem, pelvim cum aquâ assumentem, magna humilitate pedes Judæ, reliquorumque Apostolorum lavantem, exosculantem, cum Majestate imitationem sui Apostolis intulciantem, reverenter panem in manus accipientem, oculis in cælum elevatis, benedicientem, jucundoque vultu Apostolis porrigentem, spiritu exultantem & corpore, demum à mensâ surgentem gratias Deo Patri agentem, Domino Domus valedicentem, atque inde egredientem. Intuebitur etiam Apostolos humiliter Dominum Domus salutantes

modestè manus lavantes, decen-
ter mensæ accumbentes, festi-
nanter agnum comedentes, tri-
stitiam vultu: propter prædictio-
nem proditionis testantes, ob-
stupescentes quod Jesus se præ-
cingat, aquam accipiat, pedes
ipsorum laver, gestu quasi re-
cusantes ne faciat, Petrum ma-
nifestè resistentem, exhortatio-
ni Jesu diligenter auscultantes,
oculos cum ipso in cælum ele-
vantes, devotè sanctissimum
Eucharistiæ Sacramentum reci-
pietes, prono affectu eidem gra-
tias agentes. S. Joannem confi-
denter & devotè in sinu Jesu
recumbentem. Iudam rabie con-
tra Dominum suum inflamma-

tum, quali furtivè à ceteris sese
proripientem, Apostolos admi-
rantes, reverenter Domino do-
mus valedicentes, cum tristitiâ
& timore discedentes. Intuebi-
tur Dominum cœnaculi, urba-
nitatem omnem in suscipiendo
Christo Domino, & eodem de-
ducendo dum discodit, exercen-
tem. Ministros promptos ad om-
ne obsequium, & præstandum
quicquid permissum fuerit, vul-
tu subtristes, quod remittantur.
Æternum Patrem, magnâ atten-
tione & satisfactione de cœlo re-
spicientem, quę geruntum in cœ-
naculo, Angelis annuentem, ex-
ultantem, quod Filium videat ad
pedes Iudæ prostratum, Angelos

citissime ad nutum Dei, quo vult
advolantes, vehementer quod
vident obstupescentes, præ ad-
miratione se mutuò respicientes
jam, jam ad descendendum ac-
cinctos, ut præstent obsequium
quod à Domino suo vident exhiberi,
indignationem adversus Iu-
dam ostendentes, quosdam ex il-
lis mensæ ministrantes. Dæmo-
nem denique Iudam instigan-
tem: propter turbationem Apo-
stolorum, & Iudæ obstinationem
gaudentem, submetuentem ne-
Iudas à proditione desistat.

Auribus percipiet suavitatem
verborum IESU, & in eis profe-
rendis urbanitatem, dum cœna-
culi Dominum salutat, ejusque

humanitatem acceptat; affectuo-
sum & pium modum cibis bene-
dicendi; prædictionem proditio-
nis, compassionis plenam; effica-
cem Petri reprehensionem; gra-
vem loquendi modum, in com-
mendanda Apostolis ad suum ex-
emplum humilitate; devotam &
jucundam sui sacratissimi cor-
poris & sanguinis oblationem;
amatoriam memoriæ Sanctissi-
mæ Passionis suæ commendatio-
nem; affectuosam gratiarum
actionem, & Urbanum à Domi-
no cœnaculi discessum audiet
demissum Apostolorum cū Do-
mino Domus & cum Iesu lo-
quendi modum; devotam simul
cum Iesu factam ab ipsis cibo

rum benedictionem ; voce tremula singulos IESUM interrogantes, nunquid ipse esset futurus proditor? audacem interrogandi modum Iudæ; missitationem Petri, & Ioannis, ut proditorem detegerent; fortem Petri repugnantiam adversus IESUM; affectuosas gratias pro Sanctissimi Sacramenti Communionem; devotas post cœnam dictas Deo laudes; humilem valedictionem, & actas Domino Domus gratias, auſculcabit oblationes ex animo à Domino Domus factas & sæpius replicatas; efficacia madata ministris ad exequendum quidquid opus, data; promptitudinem obsequendi ministro-

rum, quam verbis ostendunt, illorumque mutuam ad iuvandum adhortationem attendet Aeterni Patris plenam Majestatis Angelorum ad hoc spectaculum advocacionem, mutuum illorum murmurium ob Domini sui humilitatem, & Iudæ malitiam; strepitum demoniorum ad impediendum conversionis affectum.

Gustu gustabit Agni saporem lactucarum amaritudinem: vini dulcedinem; panis suavitatem, &c. Sacratissimi Corporis & Sanguinis Christi Domini amabilitatem; gustum animæ IESU, dum seipsum in cibum & potum tribuit: lætitiā dum pedes om-

num lavat, & præsertim Iudæ:
Apostolorum devotionem in
communione; dolorem ex pro-
ditione Christi perceptum.

Odoratu percipiet bonos odo-
res in cœnaculo à Domino Do-
mus excitatus, & odorem cibo-
rum, fœtorem pedum Apostolo-
rum pulvere fœdorum, Iudæ in-
primis; fœtorem, aquæ ad eos la-
vandos adhibitæ; malum totius
personæ Iudæ odorem, bonum
verò urbanitatis Domini Do-
mus; humilitatis & Caritatis Ie-
su; Sacratissimi ejus corporis &
sanguinis; devotionis Apostolo-
rum; resignationis Petri; fœto-
em peccatorum Iudæ, præser-
tim avaritiæ, & obstinationis &c.

Tactu adiuvabit parare cœnam, ministrabit mensæ, sentiet frigus trepidantium Apostolorum, & tristium propter prodicionem. Osculabitur pedes IESU, eosque amplectetur, lachrymis lavabit, & absterget, adjuvabit in lavandis, tergendis atque osculandis pedibus Apostolorum & Iudæ; tanget asperitatem pedum Iudæ, calorem concupiscentiæ cordi eius à Dæmone affixum; calorem devotionis & caritatis in Apostolis à Sanctissimo Sacramento excitatum; exæstuantem amoris IESU flammam erga Apostolos & Iudam; accensum se se humiliandi & singulare exemplar virtutis exhibendi deside-

rium; inflammatam aeterno Patri
placendi, eique gratificandi con-
cupiscentiam. &c. Alia plura ex
hoc primo puncto excerpri pos-
sent, tam pro meditatione in or-
dine ad personas, verba, & ope-
ra; quam pro applicatione sensuum
in ordine ad videndum, audien-
dum, odorandum, gustandum,
tangendum: verum hæc sufficere
poterunt, ut quisque velut in e-
xemplari videat modum in pun-
ctis singulis cuiusvis meditatio-
nis propositæ observandum, &
intelligat, qui hoc modo proce-
dunt, iuxta præcepta superius tra-
dita, difficulter culpâ suâ aridita-
tem, & sterilitatem in meditando
paterentur.

DIE LVNÆ

*Secundum Iter ab Horto ad Domum
Annæ.*

1. **F**initâ tertiâ oratione Ie-
sus optimè animatus cum
undecim Apostolis processit ob-
viam Judæ, qui Ministros duce-
bat, interrogatis ipsis quem quæ-
rerent, & responso dato, se esse
Iesum illum, quem volebant, in
terram eisdem prostravit: per-
misso Judæ accessu, & osculo eius
admisso, taciteque erroris admo-
nito, se capi & instar latronis li-
gari permisit.

2. Ligatus & catenis vinctus, à
Discipulis omnibus relictus fuit,
multis a lapis, calcibus, pugnis ac-

ceptis, violenter tractus per vias molestissimas, forte sæpius in terram projectus, & per ipsam raptatus, continuò à Ministris, & vel casu prætereuntibus quibuscunque, vel studio ad auditos clamores foras procedentibus illusus, ad domum Annæ loceri Caiphæ ubi ab ipso & alijs paris malitiæ & odij adversus afflictum Dominum expectabatur, perductus.

3. Ubi domum Annæ totus defatigatus & malè tractatus attigit, subsannatus fuit Dominus Iesus ab ipso, aliisque ibi præsentibus, & veluti diem festum agentibus, quod in manus ipsorum incidisset, ministri verò & mili-

tes gloriabamur, quod strenuè
in eo capiendo se gessissent, ibi-
dem exprobrarunt ei Potentiam,
Miracula, Discipulos. &c.

DIE MARTIS

Tertium Iter ab Anna ad Caipham.

1. **M** Alè tractatus & illu-
sus, ut dictum est, Do-
minus IESUS, arctiusque ligatus
modo quodam & festinatione
crudeli; per gradus palatij Annæ
deorsum, magnâ rabie raptatus
fuit; unde & summo suo dolore
vehementer cecidit in dura illa
marmora, non sine risu acerbo
circumstantium.

2. Erectus colaphis, & calci-
bus exceptus fuit, cum imprope-

no, cur caderet; & magnam partem per viam usque ad domum Caiphæ raptatus cum clamore continuo captum esse seductorem populi, & varijs injurijs eia diversis personis irrogatis.

3. Vbi ad palatium Caiphæ pervenit, novis lannis exceptus fuit, Pontifici præsentatus, accusatus, examinatus, calumnijs affectus, pro blasphemo reputatus, & condemnatus, dignus morte iudicatus, crudeli alapâ coram pontificæ cæsus, totâ reliquâ nocte in loco fœrente in vinculis servatus, à S Petro negatus, facie velatus, cõsputus, in maxillis percussus, evullis ex barba, & Sacro-Sancto capite pilis spoliatus.

DIE MERCVRII.

*Quartum iter à Caipha ad Pi-
latum.*

1. **T**Ransactâ nocte tã Chri-
sto Domino pãnosâ &
ignominiosâ, initum denuò con-
silium fuit in Domo Caiphæ con-
tra IESUM, interrogatus ipse an
esset Filius Dei, & respondens:
vos dicitis, quia ego sum; iterum
blasphemus proclamatus, & dig-
nus qui Pilato Romano Præsidi
traderetur, iudicatus fuit.

2. Rursus ergo ligatus, & ma-
jori numero Ministrorum cir-
cumdatus, alapis, pugnis calci-
bus, contusus &c. senioribus po-
puli eum de more subsequenti-

bus, apud Pilatum accusatus fuit, quòd subverteret gentem ipsorum, quòd prohiberet tributa dare Cæsari, quòd seipsum Regem falsò diceret.

3. Ad Tribunal Pilati conductus, examinatusque num esset Rex Iudæorum, innocens inventus fuit, & declaratus Iudæis, atq; ab ipsis de novo calumniosè accusatus, quod commovisset turbas incipiens à Galilæa Ierosolymam usque.

DIE IOVIS.

Quintum Iter à Pilato ad Herodem.

Pilatus audiens mentionem fieri Galilææ, cuius Rex Herodes tunc erat Ierosolymæ,

ut

ut se expediret ex illâ causâ, in qua nihil iustitiæ inveniebat, mandavit ut Iesus ad Herodem duceretur. itaque bonus Dominus cum plausu Ministrorum qui eius vexatione gaudebant, devotò vinctus, & per gradus prætorii crudeliter protractus, illusionibus & percussionibus fatigatus fuit ab his qui atrium obsidebant.

2. Quia iam dies erat, & rumor capti Iesu per urbem sparsus, multis non ex compassionis affectu, sed animo illudendi, comitantibus, ut alias pessimè cum summo desolatæ Matris dolore, quæ forte ei in via occurrit, tractatus fuit.

3. Vbi ad Herodem venit Iesus, ab illo humaniter (ægrè ferentibus, qui eum adduxerāt, Iudæis) exceptus fuit, de multis magnâ instantiâ rogatus, præsertim, ut miraculum aliquod pareretur; verum curiositatem Herodis silentio repellens, cum accularetur constanter à Principibus Sacerdotum, & Scribis, à Rege & ab eius exercitu spretus, & iudicatus stultus, veste alba indutus fuit.

DIE VENERIS.

Sextum Iter ab Herode ad Pilatum.

1. **F**actis ad invicem amicis Herode & Pilato, qui antè inimici fuerant, remissus fuit Ie.

sus, alba illa veste indutus, ideo-
que liberiùs per viam à Ministris,
& alijs vexatus, & sæpe, partim
quia ipse pedibus consistere non
poterat, partim ex crudelitate
inimicorum per terram rapta-
tus.

2. Reversus ad Pilatum iterum
innocens declaratus fuit, cum
Barabba compositus, & eidem
postpositus crudelissimæ flagel-
lationi adhibitis funibus, catenis,
iuncisque marinis expositus; spi-
nis coronatus, veste purpureâ il-
lusus, iussus sedere fune cinctus,
arundine in manu gestata, igno-
miniosis modis Rex salutaris.

3. Denuò ad Pilatum circum-
ductus fuit, ab eoque examinatus

iterum, & planè innocens reper-
tus, ab ipsomet Pilato in pergula-
lam quandam productus, ita mi-
serè tractatus, & deformatus in
conspectum omnis populi, ut ad
compassionem moveret; sed per-
suadentibus Principibus ac Scri-
bis, crudeli vociferatione clamore
populi dignus proclamatus,
qui omninò crucifigeretur.

DIE SABBATI.

*Septimum iter à palatio Pilati ad
Montem Calvaria.*

VIdens Pilatus obstina-
tionem Iudæorum, & ti-
mens ne perderet amicitiam Cæ-
saris, manus lavit, ut se monstra-
ret innocentem; & nihilominus

sedens

sedens pro Tribunali pronuncia-
vit Sententiam, ut circa IESVM sa-
tisfieret petitioni Iudæorum.

2. Raptus fuit Dominus IESVS per gradus deorsum, vestibus proprijs, ut agnosceretur male ductus, crucis ligno oneratus, de-
nuò ligatus, & subsannatus ma-
gis quam unquam, ad montem
Calvarie magno impiorum iu-
bilo, magno dolore piorum, præ-
sertim afflictæ Matris, & desola-
tarum sibi devotarum mulierum
perductus, sæpius sub onere lap-
sus, verum à Simone Cyrenæ
adiutus fuit.

3. Vbi ad montem Calvarie
pervenit, vinum myrrhatum ei
præbitum fuit, vestibus omni-

bus

bus nudatus cruci cum violenta brachiorum, ac pedem sanctissimorum extensione, ut ad foramina, quæ in illa iam facta erant, pertingerent, affixus, inter duos latrones suspensus, dum in ea vixit, orationem pro se, & crucifixoribus suis Patri obtulit, matrem Ioanni & Ioannem matri commendavit, bono latroni paradisum promisit, magnam sitim se pati ostendit, consummatas esse prophetias declaravit, spiritum in manus Patris commendavit, voce magna clamans expiravit, post mortem latus eius lancea apertum fuit, pro Deo à multis agnitus, & pro tali, à creaturis

turis inanimatis suo modo de-
claratus.

F I N I S.

*Laus Deo & Beatissimæ
Virgini.*

BENEVOLE LECTOR.

Ignosce erroribus Typographicis
gravioribus.

Post Dedicacionem In Praxi appli-
cendi sensus in fine. penetraverit
p. 55. deduci. 90. obtinenter. 107. alius
128. proficisci. 138. modos 141. me vix est,
semel delectur. 145. Dominum suum.
182. concessa; 195. inde 198. receptissi-
mis. 200. lota. 204. vere 213. quin quod
221. teum tecum. 244. rectitudinem.
226. meum mecum. 253. ipsa ipse. 268.
est &c.

FACVL